



**Volumen Epistolarum, Qvas Romani Pontifices, Gregorivs  
III., Stephanvs III., Zacharias I., Pavlvs I., Stephanvs IV.,  
Adrianvs et Pseudopapa Constantinus miserunt& reges  
Francorvm, Carolvm Martellvm, ...**

**Gretser, Jacob**

**[München], 1613**

Exemplar Epistolæ, vbi Paulus Diaconus & electus sanctæ Romanæ  
Ecclesiæ significans de transitu Stephani Papæ per Immonem missæ,  
Missum domni Pippini Regis. XIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65166](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65166)

*Exemplar Epistolæ, ubi Paulus Diaconus &  
electus sanctæ Romanae Ecclesiæ significans de tran-  
situ Stephani Papæ per Immonem missæ,  
Missum domini Pippini Regis.*

## XIII.

**D**OMNO excellentissimo filio Pippino Regi <sup>summ. r.</sup>  
Francorum & patritio Romanorum Paulus <sup>apud Bar.</sup>  
<sup>& Cent.</sup> Diaconus, & in Dei nomine electus sancte Se-  
dis Apostolicæ cum graui gemitu & inmense mœrore  
cordis. Innotescimus à Deo protectæ Excellentia tuæ,  
potentissime Victor Rex, Dei vocatione, de hac luce,  
ad æternam requiem esse subtractum sanctæ recorda-  
tionis Dominum & Germanum meum Stephanum  
Papam. In cuius etiam transitu & ipsi lapides si dici  
potest, nobis conflentes lachrymaverunt, in cuius  
Apostolatus ordinem à cuncta populorum caterua,  
mea infelicitas electa est, & dum hæc agerentur, con-  
venit Romā Immo Christianissimæ excellentia tuæ  
Missus, & cum eo loquentes, vna cum nostris optimis  
tibus, aptum perspeximus eum hic detineri, donec  
Dei prouidentia sacra Apostolica benedictione illu-  
strati fuissemus, & tunc plenius satis factus de nostra  
vel \* cuncti puritate & dilectione quam erga tuam be- <sup>\* f. populi.</sup>  
nignissimam excellentiam, & cunctam gentem Fran-  
corum gerimus, eum ad vos repedandum, cum nostris  
Missis Apostolicis absoluueremus, quoniam nos pro-  
certo agnoscas, Excellentissime & à Deo protecta no-  
ster, post Deum, auxiliator & defensor Rex, quod fir-  
mi & robusti usque ad animam & sanguinis nostri  
effusionem in ea fide & dilectione & caritatis con-  
cordia atque pacis foedere, quæ præfatus beatissimæ

L 2 memo-

memorię Dñs & germanus meus sanctissimus Pōtifex vobiscum confirmauit permanentes, & cum nostro populo permanebimus vsq; in finem. Vnde & indeſi- nenter extensis palmis ad cālum pro vītē in columita- te Excellentia tuæ atq; dulcissimorum filiorum & ex- cellentissimę Reginę sospitate, Domini Dei nostri, exoramus clementiam tuam, vt semper tuum auxili- um & firmissima protectio extendatur super nos. In- columem excellentiam tuam gratiā superna custo- dia.

*Item exemplar Epistolae Pauli sanctae recor- dationis Romani Antifitius per Andream & Gundricum mis- sa, in qua continentur gratiarum actiones & postula- tiones, volendo adiutorium obtinere con- tra Langobardos.*

## XIV.

**D**O M N O excellentissimo filio & nostro spiri- tali compatri Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum, Paulus Papa, cum maximo honorificientia conatu & dilectionis affe- ctu. Quas præclara excellentia vestra misit literas, ad- ferentibus Andrea & Gunderico, sollertissimis viris, Christianitatis vestræ Missis, acceptantes suscepimus \* litteras quibus solita gratulatione, lātitia relegen- tes, & mente & corde oppido sumus lātati, dum per- eas optata nobis desideria, affectio & lātitia, multum de vestra prosperitate nobis compertum est, Deo omnipotenti immensas referentes grates, qui nos iu- xta, vt crebrò optamus, de vestra inmensa sospitate, lātos reddere annuit, nihil enim nobis dulcius, nihil sua-

\* Videtur  
redundare.